

- [Si quis (in hoc / **artem** / populo) non **novit amandi**],
hoc legat et lecto carmine **doctus amet**./
 Arte **citae** veloque **rates** remoque **moventur**,/
 arte **leves currus**¹ : arte **regendus**² **amor**./
 5 Curribus **Automedon**³ lentisque **erat aptus** habenis,/
Tiphys (in Haemonia⁴ puppe) **magister erat** :/
me Venus artificem tenero **praefecit** Amori ;/
Tiphys et Automedon dicar Amoris ego./
Ille quidem **ferus est** et [**qui** mihi saepe **repugnet**⁵] :
 10 sed **puer est**, **aetas mollis et apta regi**./
Phillyrides⁶ **puerum** cithara **perfecit Achillem**,/
 atque **animos** placida **contudit** arte **feros**./
 [**Qui** totiens **socios**, totiens **exterruit hostes**],
creditur annosum pertimuisse senem⁷./
 15 [**Quas Hector sensurus erat**⁸], <**poscente magistro**>
 verberibus **jussas praebuit ille manus**./
Aeacidae⁹ **Chiron**¹⁰, **ego sum praeceptor Amoris** :/
saevus uterque puer, natus uterque dea¹¹./
 Sed tamen et **tauri cervix oneratur** aratro,/
 20 **frenaque magnanimi** dente **teruntur equi** ;/
 et mihi **credit Amor**, [**quamvis mea vulneret** arcu
pectora], [**jactatas excutiatque faces**]./
 [**Quo me fixit Amor**], [**quo me** violentius **ussit**],
 hoc **melior**¹² **facti vulneris ultor ero**./

¹ [moventur]² [est]³ Automedon : conducteur du char d'Achille⁴ L'Hémonie est le nom antique de la Thessalie, région de Grèce d'où partit la nef Argo lors de l'expédition destinée à conquérir la Toison d'or⁵ Relative au subjonctif à valeur consécutive : et [tel] qu'il⁶ Phillyrides : le fils de Philyre, le centaure Chiron, qui instruisit le jeune Achille, mais aussi Jason et Esculape⁷ Tournure personnelle : cf *Homerus dicitur caecus fuisse* plutôt que *Dicitur [Homerum caecum fuisse]*.⁸ Cette relative a pour "antécédent" le nom *manus*, au vers suivant⁹ Aeacidae : l'Eacide = le petit-fils d'Eaque, Achille¹⁰ [*praeceptor fuit*]¹¹ Achille est le fils de Thétis, et l'Amour est le fils de Vénus. Sous-entendre [*est*] dans cette proposition.¹² Plus..., plus..., meilleur